



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Disput 9. De ordine circa personas seruando in præcepto Charitatis, &
Misericordiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

mus actus correctionis non fuerit, vel non speratur utilis, non statim tentandam esse denuntiationem, sed prius esse tentandum secundum actum, & adhibendos testes, si tamen sit spes. Hoc clare constat ex rationibus allatis. Unde ex rationibus una est, quod non potest quis legitimè denuntiare, nisi possit aliquomodo probare, ut colligitur ex Evangelio: & habetur cap. *Inquisitionis*. De accusationibus. Ratio est, quia sine ulla probatione prælati non tenetur, nec debet fidem adhibere, atque adeo nec suo officio fungi. In hoc tamen ferè sufficit unus testis, quia ipse denunciatus admittitur tanquam alius testis, ut habetur in capitulo. *In omni negotio de testibus*, & colligitur ex Evangelio ibi. *Unum vel duos testes*. Ratio est, quia non tendit hoc negotium ad vindictam, sed solum ad commodum, & emendationem.

14. Duo tamen observanda sunt. Primum interdum esse peccatum notum alteri vni, vel multis, & tunc in corrigendo testis est adhibendus ex his, qui nouerunt delictum, ut vitetur noua infamia: interdum verò unus tantum delictum nouit, & tunc quidam voluerunt, si priuata correctio non sufficit, esse cessandum, neque esse adhibendos testes, ita Alti-fiod. lib. 3. summæ tract. 25. cap. 2. Durand. in 4. dist. 19. Quia non potest infamari frater in crimine omnino occulto, & quia talium testium indutio esset inutilis, quia illi non possunt postea coram prælato testificari cum ex solo corrigente delictum nouerint. Contraria tamen sententia certa est, & communis, colligiturque ex illo verbo Evangelij, *Adhibete coram*. Ratio est quia hæc fama proximi postponenda est bono animæ eius, ut iam dicam, & quia non est inutilis talis indutio: nam primum adhiberi possunt testes, ut obseruent, & videant peccatum alterius, ut ex Evangelio colligitur. Nec hoc est (ut inquit August.) *obseruare fratrem*, sed est medium necessarium, & commodum salutis eius adhibere: deinde quando hoc fieri commodè non posset, adhibetur saltem ut testes correctionis. Primum ut frater magis erubescat, & si neget opus suum esse peccatum, testibus conuincatur, ut D. Thom. dicit, citata q. 33. art. 8. ad 3. Item, ut is qui corrigit possit probare effecisse, quod in se erat. Item, ut alter coram testibus cognoscat peccatum: nam tunc esse poterunt testes in denuntiatione, sed in hoc cauendum est, ut si unus testis sufficiat, non adhibeantur duo, propter eandem rationem, vel vitandæ, vel minuendæ infamie.

15. Secundò observandum est ex D. Thom. citato art. 8. ad 4. eum testem, quem adhibeo, posse esse ipsum prælatum, & superiorem, non ut superior est, sed ut priuata persona, quia ipse potest existimari vilior ad effectum secretæ admonitionis. Item quia pauci sunt, qui seruant secretum, & de superiore id facilius credi potest, nimirum non infamatum subditos apud alios. Sed in hoc est prudentia seruanda: nam in indiuiduo fortasse magis irritaretur proximus. In eo tamen casu si alter emendari nolit, superior procedere non potest, nec superioris actum exercere, nisi fortasse peccatum sit contra commune bonum, tunc enim recurrit 3. conclusio posita num. 5.

16. Vltimò principaliter colligitur in hoc genere delictorum tunc deum licere immediatè denuntiare peccatum fratris prælato, prætermisiss duobus prioribus actibus, quando de eorum utilitate non est spes. Ita D. Thom. & omnes. Ratio est, quia ut ex Evangelio constat, quando per priores duos actus non consequimur effectum, denuntiandum est: ergo si illi creduntur futuri otiosi, prætermitti possunt. Et confirmatur, quia utroque modo infamatur aliquo proximo circa prælatum, & illud postponitur propter bonum animæ in vno casu: ergo in altero. Sed contra. Non enim faciendæ sunt mala propter bona, sed infamare proxi-

um est per se malum: ergo. Respondetur detractio nem quidem esse per se malam, tamen manifestationem peccati proximo non esse per se detractio nem neque intrinsecè in malam, unde licet ea uti tanquam medio necessarii ad maius bonum proximi, quam sit conseruatio famę ipsius apud superiorem, seruatis tamen debitis circumstantiis, ut dictum est.

17. Dubitari autem potest, si speretur emendatio fratris per priores actus, tamen per prælati emendationem speretur cum multo maiori fructu, at tunc liceat statim denuntiare? Soto negat, quia non possum mutare ordinem charitatis, nec ledere proximum in fama, propter utilitatem, sed propter solam necessitatem. Richard supra art. 4. affirmat & D. Thom. in dict. quodlib. indicat, quia illud maius spirituale bonum præferendum est, si tunc medi-cus corporalis prudenter utitur acerbiori medicina, quamuis non sit valde necessaria, si tamen esset valde utilis. Nam religiosi instituti est ad perfectionem tendere, sanctè igitur potest a se aliquod institutum ob maiorem subditorum spiritualem profectum, cum illud suscipiunt, ab eis exigere, ut sint contenti, ut eorum defectus, omiſſa fraternæ monitione, ad prælatum patere deferantur. Itaque hæc sententia secunda ferè semper in religionibus est sequenda. In aliis verò, qui magis sunt sui iuris, & magis pendunt ex fama, vel infamia, & minus tenentur ad maiorem, & spiritualem fructum, non est facillè illa vtendum, nisi in eo casu, in quo timeatur probabiliter de perseveranti emendatione, vel certè ille maior fructus sit notabilis.

18. Circa duos actus ultimos, qui ad superiorem spectant, solum est aduertendum, post factam denuntiationem, superiorem non posse iuris ordine procedere, nec interrogare iuridicè, quia totum hoc forum est secretum. Item nunquam potest à secundo actu incipere omisso primo, quia non potest excommunicare, nisi supposita contumacia; igitur debet prius corripere, & si subditus emendatur, cessat ordo iudicialis, nec potest punire delictum ut iudex, imponendo videlicet poenam à iure statutam. Potest tamen aliquam poenitentiam arbitriam iniungere, ut putat Soto de tegendo secreto, memb. 2. quæst. 4. conclusione 7. Si vero non consequitur intentum per primum actum, procedere potest ad excommunicationem, si est spes; si verò non sit, cessare debet, nisi velit tentare aliam viam inquisitionis, vel denuntiationis &c. quando habet media, quibus iuridicè id fieri possit.

DISPUTATIO IX.

De ordine circa personas seruando in precepto Charitatis, & Misericordie:

DE hac re disputat D. Thom. variis in locis, ut 2. quæst. 26. & 31. art. 3. & 32. art. 9. & 44. art. 6. Sed commodius in hoc vno expediatur; explicata enim substantia horum preceptorum, facilius intelligitur ordo: & quia misericordia non habet locum erga Deum, & amor illi debitus essentialiter includit ordinem, quem iam exposuimus disput. 2. sect. 3. ostendendo Deum esse super omnia diligendum, ideo solum comparabimus, & diligetrem ad se, & ad alios proximos, & ipsos proximos inter se. Et quia hic ordo positus est in appretiatione, quia à vobis ferè explicari non potest nisi per actus, & beneficia externa, ideo rectè explicatur simul ordo in amore, & in beneficentia, seu misericordia, comparando nimirum hos actus ad varias necessitates hominum, tam in spiritualibus bonis, quam in temporalibus.

SE-

Quæstion-cula

Partem negatiuam sequitur Soto.

Affirm. Richard. & indicat D. Thom.

Auctoritas indicium.

De duobus actibus ultimis ex propositis initio quæstionis.

Consecutio huius disputationis in initio sectionis 4. disp. 1.

SECTIO I.

*Utrum in bonis spiritualibus teneatur homo
magis sibi providere, quam alteri.*

Ratio dubij est, quia interdum licet spirituale bonum proximi præferre bono proprio: mul-
tatenim spiritualia etiam detrimenta patiuntur, vt
aliis proliat & hoc ex charitate: veluti cum religio-
sus a vacando diuinæ contemplationi cessat, vt ig-
norantem instruat. In contrarium verò est, quia su-
pra vidimus disp. 1. sect. 4. num. 8. charitatem po-
tius ad sui dilectionem, quam aliorum inclinare.
Pro resolutione aduertendum, spiritualia mala, vel
detrimenta quædam esse intrinsecè contraria chari-
tati: mortalia quidem peccata simpliciter, venialia
verò secundum quid. Aliud est detrimentum ma-
gis accidentarium, sed quodammodo etiam intrin-
secum, vt charitatem esse remissam &c. Aliud de-
niq; est omnino extrinsecum, vt est carere spirituali
dilectione, & dulcedine, retardari ab ingressu bea-
titudinis.

2. Dico primò. Simpliciter tenetur homo se
magis in spiritualibus diligere, & propriis eiusmodi
necessitatibus subuenire, quam aliorum. Ita Diuus
Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 4. & 13. & alij cum Ma-
gist. in 3. dist. 18. & 19. Ratio est, quia præceptum
charitatis fundatur in inclinatione charitatis, sed
charitas magis inclinatur ad se, vt disput. 1. in 4. & 5.
sect. visum est; ergo maxime in spiritualibus bonis.
Nam hæc etiam sunt magis necessaria, & magis pro-
pria, & intrinsecè ipsi charitati. Secundò in extre-
ma necessitate spirituali potius debet homo sibi
subuenire, quam aliis; ergo similiter in aliis ordi-
nariis. Antecedens patet, quia potius debet homo,
sibi velle beatitudinem æternam, quam aliis: item
quia potius debet velle se amare Deum, quam vt a-
ment alij, quia hoc continetur quasi in intrinsecà,
& primaria inclinatione charitatis.

3. Oppones primò. Nam bonum commune in
eodem ordine præferendum est priuato, quia se
habent, vt totum, & pars: ergo saltem bonum
commune spirituale multorum, est magis diligen-
dum, quam proprium, atq; adeo similis necessitas
præferenda propriæ, vt in simili casu patet in tem-
poralibus. Neganda tamen est consequentia pro-
pter duplicem differentiam inter temporalia, &
spiritualia. Nam in temporalibus sæpe est medium
necessarium ad tuendum bonum commune, pati
malum proprium: in spiritualibus verò minime,
quia si quis ordinatè subueniat communi necessi-
tati, vel bono spirituali, hoc ipso se amat in spiritu-
alibus. Secundò. Quia spirituale bonum respicit
Deum, & malum illi contrarium est quodammodo
contra Deum, atque adeo non est committendum
propter vllum bonum creaturæ. Oppones secun-
dò. Charitas magis diligit, quod magis cedit in glo-
riam Dei: sed maior Dei gloria est, vt plures homi-
nes sint beati, vel etiam sanctiores sint, quam ego
ipse: ergo &c. Respondetur ex D. Thom. 2. 2. quæst.
26. art. 3. Charitatem non magis diligere, id quod
obiectiuè est maior gloria, sed id quod est quasi effe-
ctiuè maior gloria, id est, id magis amat, quo magis
glorificat Deum ipse amans, non quicquid alius, item id
magis amat charitas quod Deus vult me magis a-
mare, Deus autem vult me magis amare meam
sanctitatem, quam alienam, quantacunque illa sit,
& ego ita amando magis glorifico Deum, quam a-
lio modo, quia hoc ipso ego magis amo ipsum: qua-
re &c.

**4. Oppones tertio ex Paulo ad Romanos 9. Op-
tabam ego esse anathema à Christo, pro fratribus meis.** Vbi
Paulus desiderabat perpetuè carere beatitudine æ-
terna propter bonum iudeorum; præferebat ergo

spirituale bonum aliorum proprio, & maximo. An-
tecedens patet ex litera, cum communi explicatio-
ne Doctorem Athanasij, Theodoret, Theophila-
cti, & maxime Chrysostomi homilia 2. & 3. de lau-
dibus Pauli, & aliis in locis: idemque tradunt alij
Patres: similis est locus Exodi 32. *Dimitteis hanc no-
xam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti*, scilicet præ-
destinationis, ad vitam æternam, vt exponit Am-
brosius libro tertio, de Spiritu Sancto, capite vnde-
cimo, indicat Basilus in quæstionibus longioribus,
quæstione tertia. & Cassian. Colla. 17. capite vige-
simo sexto. Ad primum locum responderetur pri-
mò, non loqui Paulum de desiderio ex charitate,
sed potius ex errore, & ignorantia, non quam tunc
haberet, quando id scribebat, sed quam habuerat,
antequam Christum cognosceret: intendit enim eo
loco confirmare, se non ex odio iudeorum, sed ex
amore, contra eorum duritiem prædicare, & hoc
confirmaturans, se valde dolere de eorum errore,
& statu perditio: & confirmat, quia similiter ex eo-
dem amore antequam illuminaretur, prædicabat
contra Christum, & volebat esse anathema ab illo.
Ita Ambrosius, & Hieronymus, Glossa interlinear.
& ordinaria, Anselmus, Hugo Cardin. Diuus Thon.
mas 2. 2. quæstione 27. articulo octauo, ad primum.
Dices: si Paulus loqueretur de tempore suæ infide-
litas, non esset eura tanta exaggeratione loqueretur:
nam id facile credi posset; item non est verifi-
mile ex amore iudeorum fuisse ante persecutum
Christum. Occurrendum tamen, interponere Paulum
exaggerationem istam, ad persuadendum præ-
sentem affectum amoris erga Iudeos, & quanto do-
lore afficeretur propter eorum malum: præteritum
verò tempus commemorat, vt verisimilius faciat,
quod nunc iurat. Et confirmat hoc vis illius verbi
optabam, & non, *opto*. Falsum est etiam Paulum cum
persequeretur Ecclesiam id non fecisse ex amore
suorum: nam Actor. 22. & ad Galat. 1. dicit se id fe-
cisse, vt æmulatorem legis & religionis suæ.

5. Secundò responderetur, admittendo loqui de
præfenti desiderio, illud *anathema* non significare
carentiam beatitudinis, neque aliquid spirituale
malum, sed posse significare mortem corporalem,
vt videtur in Pagnino, & in Thesaurò linguarum san-
ctarum verbo *aram*, & hoc loco exponit Hieronymus
quæstione nona ad Algasiam, & idem tradunt alij
Patres. Solum obstat illa particula à Christo, vt no-
tauit Adamus eo loco: nam nisi detorquendo lite-
ram non potest coniungi cum morte corporali.
Tertio ergo admittamus desiderasse Paulum carere
beatitudinis, non perpetuam tamen, sed ad
tempus, quantum iudeorum salutem esset necessaria.
Ita Diuus Thomas secunda secundæ, quæstione 27.
articulo octauo, ad primum. Eandem expositionem
habet Magister, & Bonaventura in tertio, di-
stinctione 19. Lyranus, & Haymo in Paulum, Ar-
borens lib. 14. cap. 17. Theosophiz. Solum verò ob-
stat, quia ad id afferendum non erat necessaria tanta
exaggeratio: nam erat res facilis, vt patet ex eo-
dem ad Philip. 1. *conarior autem e duobus, a desiderium ha-
bens dissolui, & esse cum Christo: permanere autem in carne
necessarium propter vos.* Alij quoq; sancti minus perfe-
cti illam voluntatem habuerunt, vt legimus de
sancto Martino, qui apud Sulpitium, cum iam euo-
candus esset ad celestem gloriam testabatur. *Domine
ne si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem*,
quod ipsum ad præiens institutum perpendit Bern-
ard. in sermone de Beati Martini laudibus. Neque
abfimile legimus de B. P. N. Ignatio.

**6. Quartò ergo demus esse sermonem de caren-
tia perpetuæ beatitudinis, tamen si ita expona-
mus, non est putandum habuisse Paulum tale de-
siderium absolutum, quia re vera non fuisset bo-
num, non enim talis carentia erat medium ad salu-
tem aliorum. Item talis carentia non poterat esse
fine**

Ratio dubi-
tandi pro al-
terutra par-
te.

Notatio pro
resolutione.

2. Conclusio.

Obicitur 1.
contra con-
clusionem.

Responsio 1.

Responsio 2.

Obicitur 2.

Diluitur ex
D. Thom.

Obicitur 3.

Responsio
quoad loci
Pauli, de quo
tradit Con-
nelius à Iu-
de & Benedi-
ctus Iustinus
nus ibid.

Remouetur

Altera loci
Pauli expo-
siti.

Non fau-
t.

3. Explicatio

Non omni-
no placet.

Apud libe-
ralia lib. 1.
de vita B.
Ignatii.

4. Explicatio

Ceteri ex
propositione

fine carentia charitatis; ergo desiderare illam, esset hanc virtutem non desiderare, quod est intrinsecè malum. Dices, posse vnum ab alio præscindere, quia de potentia absoluta possunt separari. Contra. Nam saltem de facto, non licebat illi velle. Item de potentia absoluta potest Deus priuare me charitate sine peccato, ideo ne licet id desiderare? Igitur exponendum est, sermonem fuisse per exaggerationem quandam, ita vt sensus sit, si oporteret, & esset necessarium, id optare, ita vt verbū optabam, nō significet desiderium præsens, vel præteritum, sed quasi potentiale, seu, quod posset haberi, hic autem actus non potest dici inordinatus, quia re vera non est affectus earendi beatitudine, sed modus loquendi ad explicandum vim charitatis, & potest deferuire ad excitandum illam; considerat enim homo gratiam, & gloriam, vt sunt bona propria, salutem verò proximorum, vt cedit in quandam maiorem gloriam Dei, vt faciat se optare carere his propriis bonis propter maiorem gloriam Dei, & ad hunc effectum significandum virtutis illo desiderio conditionato, sicut Augustinus, vt vulgo celebratur, velle potius (id quod est) Deum ipsum, quam se Deum esse, non è contrario, si hoc possibile fingeretur. Dices licere eodem modo habere hunc actum, si esset maior gloria Dei, peccatum committerem pro salute mundi. Negatur tamen consequentia, quia talis actus directè inuoluit iniuriam in Deum, quia peccatum maius malum est respectu Dei, quam respectu peccatoris, unde ibi non comparatur malum proprium cum bono diuino, sed cum malo Dei. Eisdem ferè modis potest exponi alterum testimonium, quod multas etiam patitur expositiones, quia illud verbum de libro est valde equiuocum, vt cumq; autem sit, illa fuit petitio ex magna cōfidentia, quæ oriebatur ex charitate; unde non desiderauit Moyses deleri de libro illo, sed loquitur ad Deum, sicut loqui solet amicus cōfidentissimus, vel hoc fac, vel interfecte me, ita Greg. 20. moralium cap. 8. Hieronymus ad Gaudencium, vel aliter, fac hoc, aut dele me de numero huiusmodi priuatorum, & Principum, vt Caietanus ibi, vel dele me de tua memoria, quod inter amicos dici solet, amplius ne recorderis mei, vt Euthym. Psalm. 68. & 79. exposuit. Atq; ex hac tenus traditis intelligi potest minus rectè Capreol. in 3. dist. 27. q. 1. art. 3. ad argument. contra tertiam conclusionem, putasse licere nobis velle carere gratia, si id vtile iudicaretur ad bonum commune spirituale.

7. Dico secundò. Secundum ordinem charitatis nullus tenetur, neq; potest subuenire aliis cum eo proprio spirituali detrimento, quod culpam includit. Est certa, & communis apud D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 7. Soto 5. de iust. quæst. 1. art. 6. Colligitur ex Rom. 3. non sunt faciendæ mala, &c. & Marth. 16. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucratur, anima vero sua detrimentum patitur. Ratio est, quia culpa includit Dei offensam, quæ vitanda est plusquam omnia mala creaturarum. Dices: fieri posset, vt aliena maiora peccata virentur minimo quodam, seu peccato proprio. Respondetur quemq; teneri absolute, ac sine vilo respectu ad bona alia vitare culpam. Deinde culpa non est medium per se ordinatum ad tollendas alias culpas, etsi hoc interdum sequi per accidens possit, neq; reddit actum honestum, vt ex 1. 2. liquet. Tandem implicat peccatum esse eligendum ordine charitatis quocunq; fine. Nam si est peccatum, est contra rectam rationem: ergo non licet. Si autem est secundum ordinem charitatis eligendum: ergo licet. Fieri quidem interdum potest, vt quod aliis non liceret, in casu talis necessitatis liceat, id verò solum potest euenire, quando res non est intrinsecè mala.

8. Ex hac conclusione sequitur contra Sotum libro quinto de iustitia, quæstione 1. articulo 6. ante Suarez de Charitate.

sextam conclusionem, nemini licere propter aliorum salutem exponere se morali periculo peccandi mortaliter, ex illa regula Ecclesiast. cap. 3. qui amat periculum peribit in illo. Nam in moribus idem est committere, & exponere se morali periculo committendi: quod maximè verum est, quando periculum est in determinatâ materia, in qua aliquis fragilem se expertus est. Si verò in confuso, non potest certa regula tradi, sed pro ratione necessitatis, & periculi pensanda res erit: si verò sit periculum de veniali non est admodum scrupulose agendum, quantum semper oporteat cauere nam ratione periculi, cui aliquis hic, & nunc, se exponit, censetur peccare venialiter: nam hoc nunquam licet.

9. Dico tertio. Illud etiam spirituale detrimentum, quod licet culpam non includat, minuit tamen substantiam ipsius charitatis, seu impedit potentius augmentum eius, & meritorum, non est secundum ordinem charitatis eligibile, propter aliorum salutem. Probat: quia tale detrimentum non est per se ordinatum ad aliorum salutem, nec per se est amabile. Secundò charitas maximè inclinatur ad suam perfectionem: ergo non inclinatur ad id quod hanc perfectionem impedit. Obiicit. Nam sæpe tenetur quis ex charitate non adumere statum religionis, vt subueniat aliis, cum qua obligatione est necessariò coniunctum illud detrimentum: sed charitas magis inclinatur ad id, quod est præceptum, quam ad cetera, quia magis amat conseruari totam suam, quam suum augmentum: ergo &c. Respondetur, verum esse, interdum charitatem magis inclinare ad actus, qui ex genere suo sunt minus perfecti, quando sunt magis necessarij. Tamen hanc obligationem per se non repugnare cum maiori augmento, & perfectione charitatis, quia exercendo illos actus cum maiori puritate, intentione, & affectu charitatis, potest quispiam magis mereri, si velit: quod si quis id non faciat, non ex impedimento præcepti, sed ex sua fragilitate nascetur. Itaq; hoc detrimentum permitti interdum potest, etiam si moraliter sit certum fore euenturum.

10. Sed quid, si necessitas proximi non sit tanta vt homo ex præcepto obligetur ad subueniendum illi, licet ne permittere illud detrimentum, propter bonum alterius? Respondendum, si quis sic faciat, per se loquendo non peccare, quia non obligatur ex præcepto ad vitandum eiusmodi detrimentum: tamen si verum sit esse illud periculum proprii detrimenti, numquam erò esse in consilio, sed potius contrarium. Ratio est, quia cum non sit præceptum, vt supponitur, cessat necessitas, & ita charitas sine illa subuentione potest bene conseruari, supposita autem conseruatione, maximè inclinatur ad sui augmentum. Confirmatur: nam si illud esset consilium procederet, ex ordine charitatis: ergo illud eligere esset optimus charitatis actus: ergo illo actu maximè augeretur charitas: ergo falsum erat ex illa actione minus augendam forte charitatem. Quos circa ad ferendum iudicium, An homo vere se exponat tali periculo, prudenter sunt omnes actus, & circumstantiæ considerandæ: & quando quis vere ex intentione charitatis mouetur, nec certò cognouit se exponere periculo, nihil est timendum.

11. Dico quarto. Illud detrimentum, quod est merè extrinsecum, & accidentale, interdum eligi solet propter salutem aliorum. Hec de iis sententiis, seu exemplis Sanctorum, quæ num. 4. & seq. attulimus, confirmatur. Accedit, quia sæpe hoc est medium necessarium: vel certe necessariò coniunctum cum tali medio, ad salutem aliorum, nec aliis pugnat cum ipsa charitate, neque cum illius augmento: ergo interdum licet, imò laudabiliter eligi potest.

Conclusio,

Probat

Obiectio,

Dilutio,

Quæstio,

Exponitur,

Ratio,

Confirmatio,

Conclusio

exemplis & ratione ostenditur,

SECTIO II.

An homo debeat proximo potius in spiritualibus subuenire, quam sibi in corporalibus.

1. **E**X dictis sectione precedenti constat, debere hominem sibi potius in spiritualibus subuenire, quam proximo in corporalibus: & idem, omnia hac comparatione, sermo erit de aliis. Dico primo simpliciter loquendo teneri hominem magis diligere proximum in spiritualibus, quam se in corporalibus: ita D. Thom. 2. 2. quæst. 26. artic. 5. & Theologi communiter in 3. dist. 27. aut 29. vel etiam citato artic. 5. Ratio est, quia charitas maximè inclinatur ad id, quod secundum se est maximè amabile: secundum rectam verò rationem magis amabile est anima proximi, quam corpus proprium, in eaque magis glorificari poterit Deus, quam in corpore proprio, & confortium eius in beatitudine est maius bonum, quam sigloria corporis, & aliunde ex detrimento corporis nihil diminuitur spirituale bonum animæ: ergo hic ordo cadit in ordine charitatis, ergo sub præcepto: nam ordo actuum charitatis non minus est necessarius, quam singularis actus.

2. Dico secundo. Ratione huius præcepti tenetur homo subuenire proximo existenti in extrema necessitate spirituali, etiam cum euidenti periculo mortis. Ita D. Thom. art. illo 5. ad 3. Gabr. lectione 74. in Canon. Nauarr. capite 24. num. 9. Probatur ex Scriptura 1. Ioan. 3. Nos debemus pro fratribus animas ponere, quem locum ad hoc institutum, ponderat August. libro de mendacio cap. 6. dicens: Temporalem vitam suam, pro æterna proximi non dubitabit Christianus amittere. Et Ioannis 24. hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos: ita verò nos dilexit, ut vitam corporalem dederit pro vita spirituali nostrorum omnium. Ratio est, quia hic ordo cadit sub præceptum, ut ostensum est, ergo maximè in extrema necessitate. Oppones. Nam Augustinus tractatu 6. in Ioan. ait, perdere vitam pro fratribus esse perfectam charitatem, ad quam perfectionem proficit, quis per alia opera charitatis. ubi indicat hoc tantum esse consilium. Respondetur fortasse intelligi de perfectione essentiali charitatis: vel certe loqui de ea dispositione, qua quis paratus est subuenire proximo, non solum in extrema, sed etiam in minori necessitate, non obstante periculo vitæ, hoc enim tantum in consilio est.

3. At inquires, quæ potest hic esse extrema necessitas. Videtur enim nulla esse posse, cum spiritualis vita pendeat ex voluntate. Respondetur primo, in paruulo moribundo ante usum rationis, quem ego iure possum baptizare, non tamen possum sine mortis periculo, eiusmodi necessitatem inueniri, quem casum negat Sotus in relectione de secreto, membro secundo, quæstione secunda, post sextam conclusionem, sed non video qua ratione, quia nullus potest esse euidentior casus conclusionis positæ, vnde Nauar. supra illum admittit. Dices, ut Sotus etiam indicat illam non esse extremam necessitatem per se, sed per accidens ex malitia alicuius tyranni. Hoc tamen parum refert, quia charitati impertinens est, vnde oritur necessitas, solum refert, an sit necessitas, quin potius illa necessitas est per se ex natura hominis, & fragilitate, periculum autem perdendi vitam propriam est per accidens ex malitia tyranni. Secundo potest esse necessitas hæc in adulto, ut si sciam existentem in peccato tali fore interficiendum, ipso dormiente, vel nihil cogitante, tunc enim cum periculo vitæ corporalis illi subuenire teneor. Tertiò idem sentio si aliquis sit in periculo æternæ mortis, quod moraliter, si à

me non iuuetur, difficillimè vitare potest, licet aliàs simpliciter possit ratione libertatis, & gratiæ, quam Deus non denegat. Ratio est, quia in re grauissima, pro materiæ qualitate, hæc est extrema necessitas, ut si videam hominem, qui diu vixit in consuetudine peccandi, mori sine Sacramento confessionis, debeat si possum illum audire, quamuis simpliciter possit per contritionem saluari, & similes alij casus eiusmodi necessitatis spiritualis adduci possunt.

4. Dico tertiò: extra casum extremæ necessitatis non obligat charitas per se ad subueniendum priuato proximo, cum periculo mortis corporis. Est communis cum Diuo Thom. pro 1. conclus. cit. in respons. ad 3. Nauarr. cap. 24. num. 11. & aliorum. Ratio est, quia extra casum periculi extremæ necessitatis spiritualis, non est maxima necessitas: ergo nec obligatur ad perdendum summum corporale bonum, ut illi subueniamus. Et eadem ratione non teneor subuenire cum periculo mortis ei, qui sua sponte se exponit periculo damnationis, ut si aliquis peccando mortaliter velit me occidere, possum me defendere, etiam alterum interficiendo, licet sciam fore dammandum, quia ille ipse non est in necessitate, sed in voluntaria malitia: Similiter si periculum proximi tantum esset peccandi mortaliter, habiturus tamen esset postea tempus penitentis, non obligat cum periculo vitæ subuenire, ut vitet illud peccatum: quia absolute est voluntarium, & est damnum reparable. Item etiam spes proficiendi non semper est certa, quæ tamen in hac materia maximè attendenda est, ut quis obligetur ad se exponendum tali periculo. Egi in conclusione de priuata persona necessitate, & quia si loquamur de bono communi, probabile est sufficere gravem necessitatem spiritalem, & communem, ut homo teneatur illi subuenire, etiam cum periculo vitæ, quamuis alij etiam oppositum inducant. Ratio est quia moraliter non est necessitas talis in communitate, quin respectu personarum priuatarum sit extrema, ita ut re vera in illis habeat effectum. Item, quia in tali necessitate ferè est semper in graui periculo religio Christiana, & honor eius, ut si sciam hæresim prædicantem esse in hoc populo ab hæreticis, teneor illis me opponere etiam cum periculo, & sic de aliis. Dixi etiam per se, seu ut solius charitatis, nam si interueniat obligatio iustitiæ, & ex officio, ut in Episcopo, & parocho, non solum in extrema, sed etiam in graui obligabit, ut Diuus Thomas citato articulo quinto, docet, & infra in eadem 2. 2. quæst. 185. artic. 5. & tradunt alij scholastici communiter: atque etiam Patres non raro. Ratio est, quia ratione officij, & stipendij ad hoc obligatur, & interuenit quasi pactum inter oves & pastores, ut illæ alant pastorem: hic vero subueniat illis, quando maximè indigent: sicut etiam dux maximè tenetur adesse exercitui in periculo, & conflictu, & magistratus secularis tenetur defendere ciuem innocentem in graui necessitate, cum suo periculo, ratione officij.

5. Dico quartò in graui necessitate proximi obligat charitas, etiam postposita aliqua necessitate corporali propria, seu cum aliquo damno temporali proprio. Extra casum verò talis necessitatis, non est grauis obligatio. Vtrumque patet, quia grauis necessitas in rebus spiritualibus est grauis momentis ergo secundum ordinem charitatis præferenda est in proximo, alicui graui damno temporali proprio. Oportet autem ad talem obligationem comparare grauitatem necessitatis spiritualis, cum grauitate damni temporalis, quod certè non potest definiri in vniuersali, sed in particulari prudenter iudicandum est seruata rerum proportionem. Secunda pars probatur ex illo principio, quia præcepta affirmatiua solum obligant in articulo necessitatis. Eset autem laudabile interdum id facere, quia

quia bonum spirituale proximi de se est maius, quam temporale proprium: Vnde illud præferre, erit consentaneum charitati: non tamen semper quicquid est consentaneum charitati, est in præcepto. Adde etiam hoc intelligi, ex vi solius charitatis: nam si accedat obligatio iustitiæ, quæ potest intercedere etiam, quando non est necessitas subditorum, est tamen magna utilitas: nam ad hanc procurandam obligat officium, etiam cum aliquo detrimento corporali, quamvis non vitæ, sed inferioris ordinis, quod totum in particulari per prudentiam ponderandum est.

SECTIO III.

Vtrum in temporalibus teneatur homo sibi potius, quam proximo subuenire.

& ratione tenetur seruare vitam; (etiam postponendo vitam proximi) præcipue amici, vel pariter, &c. Quod de patre vix negabit quisquam, sed fere eadem est ratio de amico fideli, cui nulla est comparatio, & quem possum honeste æstimare sicut me ipsum. Vnde Prover. 12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est, & ex sequenti conclusione magis id constabit. Hinc verò.

4. Dico quartò. Potest quis sine peccato mortali in necessitate etiam extrema se postponere, ut simili necessitati cuiusvis alterius proximi etiam extranei subueniat. Aduertendum pro conclusione est, nos loqui considerata propria sola ratione charitatis, nam secus est si intercedat obligatio alterius virtutis, ut iustitiæ, vel pietatis, ut si sit paterfamilias, qui ex officio tenetur providere, & se conservare pro filiis, & familia, tenetur enim potius vitam suam conservare, quam hominis privati, quia non potest cedere iuri suo. Præterea stando in obligatione charitatis, conclusio indubitata est, quando periculum, & necessitas est bonorum fortunæ, quorum homo est dominus, quia hæc bona potest quis contemneri propter bonum finem, præcipue si non sequatur detrimentum in bonis alioris ordinis.

5. Difficultas ergo est præcipue in vita conservanda, cuius homo non est dominus, & de hoc probatur conclusio, quia potest homo se exponere periculo moraliter probabili corporalis mortis, ut subueniat proximo: ergo licitum erit illam velle: cum in moralibus pro eodem reputentur periculum, & res ipsa. Secundò possum licet perdere membrum corporis, ne proximus occidatur: ergo, & vitam. Patet consequentia, quia sicut non sum dominus vitæ, ita neq. membrorum corporis, & quia mutilatio in membro principali, quasi equiparatur morti. Vnde non tenetur homo illam pati, ut vitam seruet. Tertiò, ut præcedenti conclusione ostendimus, non teneor semper, & ubique conservare vitam, sed propter bonum finem possum eam amittere, atqui seruare vitam proximi etiam æqualis extranei est honestus finis, & ibi intercedit honestas fortitudinis, & charitatis: ergo &c. Vnde confirmatur. Nam charitas est amicitia ad omnes homines perfectior, quam sit omnis amicitia humana: sed in latitudine amicitie humane licet pati mortem, ne amicus patiat, ut superiori conclusione diximus: ergo etiam propter coniunctionem charitatis. Tandem, vel in conservatione vitæ attenditur bonum proprium, & tali bono, ut sic potest unusquisque cedere: vel bonum Reipublicæ, vel Dei, cuius est vita, & in hoc etiam vita proximi est æquale bonum: ergo in casu, quem tractamus, non pervertitur ordo charitatis. Hinc infert Victoria non teneri aliquem occidere alium, ut se defendat, sed posse permittere, ut se occidat, quod alij etiam Theologi probant.

6. Contra conclusionem hanc tenet Durandus in 4. distinctione 17. quæstione sexta, & Paludanus quæstione 1. articulo 6. & melius distinctione 15. quæst. 3. num. 13. ubi D. Thomas quæstione secunda, articulo primo: dicit esse contra ordinem charitatis dare alteri extremè indigenti id, quo ego etiam extremè indigeo, idem indicat 2. quæstione 32. art. 6. & 9. quæstione 64. articulo 7. atq. nonnulli ex recent. tradideratq. Augustinus in libro de mendacio capite sexto. Ratio est, quia ex ordine charitatis, ceteris paribus, magis inclinatur homo ad sui dilectionem, quam alterius, & quia est sibi magis coniunctus, & quia inclinatio, & lex charitatis est consentanea nature recte institutæ: secundum rectam autem rationem amabilia ad alterum oriuntur ex amabilibus ad se, ut scripsit Aristoteles 9. Ethic. cap. 4. initio. Confirmatur primò. Quia magis est unicuique demandata cura tuenda vitæ propriæ

4. Conclus.

Exponitur,

In quibus terminis sit indubitata.

In difficultatibus terminis cuius probatur.

2.

3.

Confirmat.

In his est Molina tract. 1. de iust. disp. 14. concl. 3.

Conclusione non admittunt Durandus & Palud.

Inter hos ceteros. Valer. tom. 1. disp. 3. q. 4. post 3. affect. eorum fundam.

Oo 2 priæ

1. Conclusio 1. Dico primò. Communi bono tenetur homo in temporalibus potius, quam sibi subuenire. Est communis cum D. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 4. Ratio est, quia commune bonum præferendum est privato, cum sit universalis. Item homo cuius privatus est pars boni communis, pars autem debet præferre bonum totius proprio bono. Cuius vitam exponere evidenti periculo, ut defendat civitatem, vel Principem, vel aliam similem personam, quando ab illa censetur pendere commune bonum: quare, &c. Quæres, An ratione humani ordinis teneatur homo propter gravem necessitatem Reipublicæ constituere se in extremo periculo, An solum propter extremam. Respondetur vix posse in communi bono gravem necessitatem distinguere ab extrema, saltem multorum: tamen si vera sit præcisè gravis, & non extrema, non credo obligari sub præcepto, quamvis sit opus consilij: ita intelligo Richardum in 4. distinctione decima quinta, articulo secundo, quæstione 5. & Sylvestrum verbo elemosyna numero secundo, ubi videtur contra dicere conclusioni positæ, cum dicant exponere vitam pro bono communi non esse præceptum, sed consilium, quod non est probabile, nisi extra casum extremæ necessitatis. Ratio est, quia non est æqualis necessitas, & aliis ius ad tuendam vitam propriam est maxime connaturale.

Quæres.

Exponitur Richard & Sylvest.

1. Conclusio 2. Dico secundò. In quacunque corporali necessitate potest homo licet sibi potius subuenire, quam alteri privato. Hæc conclusio clara est ex illo, Dilige proximum tuum sicut teipsum, non ergo tenetur diligere plusquam se proximum. Solum notandum est, hoc procedere in eodem genere bonorum, & necessitatum, scilicet verò est, si variantur, ut si proximus sit in necessitate vitæ, ego verò in minori necessitate. Si verò comparentur necessitates inæquales, vel bona inæqualia, servandæ sunt regulæ supra datæ in materia de elemosyna, disput. 7. sect. 3. & 4.

Exponitur.

1. Conclusio 3. Dico tertio. Non tenetur homo in necessitate, etiam extrema vitæ, sibi semper potius subuenire, quam proximo alieni: verbi gratia, amico. Sententia est communis. Soti libro quinto, de iust. quæstione 1. Victor. Relect. de homicidio. ad num. 24. & aliorum cum D. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 4. ad 2. & apud Magist. 3. distinct. 29. Item Cordub. lib. 1. quæst. 38. ad 4. Confirmatur autem tum ex veteribus Philosophis, qui non raro ita docent. Ut videtur est apud Ciceronem in Lelio, & in partitionibus apud Valerium Maximum lib. 4. cap. 7. ubi plura congerit exempla eorum, qui vitam pro amicorum incolumitate ponere non dubitarunt, tum etiam ex Patribus Ambrosio tertio Officiorum cap. 22. Lactantio lib. 3. c. 18. Augustino 4. confess. cap. 6. & in lib. de amicitia cap. 2. & Hieronymo in cap. 7. Michæ. Ratio est, quia licet homo nunquam possit se occidere, non tamen semper, & omni medio

Suarez de Charitate.

Confirm. 2.

Ad prædicti
fundamenti
inepta re-
sponso,Vera re-
sponso.Ad 1. con-
firmat.Ad 2. confir-
mat.

præ, quam aliena. Secundò, quia moraliter ali-
quis se occideat, quia se priuare medione, celsario
ad vitam conseruandam. Ad rationem hanc pro
Ditrand. & Paludan. allatam, quidam respondent
in illo casu non tantum præferre aliquem vitam
alterius vitæ propriæ, sed simul etiam exercere of-
ficium virtutis. Nam exercet actum misericordiz,
& fortitudinis, sed hæc solutio petit principium,
nam de hoc est quæstio. An sit illud officium virtutis.
Item quia sibi etiam subuenire est officium cha-
ritatis.

7. Dicendum est ergo, cæteris paribus, non esse
dubium, quin secundum ordinem charitatis sit melius
subuenire sibi, quam aliis. Vnde in hac æquali-
tate existente, sine alia ratione, quis permitteret
suam extremam necessitatem, propter alienam,
fortasse minus beneficeret, & forsan peccaret, non
tamen, ut credo moraliter, quia ordo charitatis,
quando non est magnus excessus, potest prætermitti
sine mortali, & cõseruetur res leuis, & solum hoc fi-
bi voluit Augustinus illo capite 6. & Dicitur Thom.
in locis citatis. Si tamen non est æqualitas, & est ali-
qua ratio honesta ad præferendam vitam proximi,
vt maior aliqua vtilitas, vel certe ratio gratitudi-
nis ac intimæ amicitiz, nullum erit peccatum, &
interdum fortasse erit opus virtutis ex excellentioris.

Vnde ad primam confirmationem respondeo præ-
ceptum charitatis obligare etiam ad conseruan-
dam vitam propriam, & proximi, ad compari-
ationem autem illam non obligat sub mortali, &
cum sit affirmatiuum, etiam non pro semper obli-
gat. Ad secundam negatur sequela, quia non facit
est posse conseruare vitam, sed oportet etiam te-
neri, vt censeatur se occidere, qui medium necessa-
rium omittit. Vbi aduertendum est cauendum es-
se ne intercedat positua actio, qua aliquis coope-
retur directe suæ morti, vt re vera censeatur mor-
taliter cooperari, illamque velle, qui absque maiori
bono, sed tantum ad tuendam vitam æqualis, vel
inferioris persone extra periculum vite positus cer-
tissime morti se dederet. Exemplum vulgare est de
duobus naufragis, quorum alter posset tabulam
accipere, in qua vitam tue erat, licet enim alteri
tabulam relinquere. Non ita verò, si iam ipse ta-
bulæ infuderet: quia eo pacto non solum sibi non
prospiceret, sed directe se proiceat in mare, ac ad-
ed posituè cooperaretur suæ neci: quod non satis
animaduertunt aliqui nostræ conclusioni adheren-
tes, dum in allato exemplo vtrumque casum æqui-
parant, cum longe aliud sit vtrumque pariter peri-
clitari, aut alterum tantum, altero iam beneficio ta-
bulæ in tuto sufficienterposito. Vnde exemplum
aliud etiam vulgare de pane inter duos extremè il-
lo indigentes, priori tantum casui de naufragis,
non posteriori æquiparatur, vt consideranti pate-
bit, cum in tali casu neuter eorum sit adhuc extra
periculum, sed ambo, vt supponitur, extremè fa-
mescunt.

SECTION IV.

Quomodo inter proximos sit seruandus
ordo charitatis.

2. Supposi-
tiones.

1. Differunt de hoc puncto Diuus Thomas 2. 2.
quæst. 26. & Theologi alij in 3. distinctione
29. Pro quo suppono primum, compariationem fieri
inter priuatas personas, nam de bono communi
iam diximus esse præferendum proprio, & conse-
quenter etiam bono cuiusvis proximi priuati. Se-
cundò suppono duas esse in proximis consideran-
das condiciones, quæ ad hunc ordinem spectant,
scilicet, sanctitas, & coniunctio nam charitas pri-
marò inclinatur ad sanctiores, vt Deo coniunctos,
ratione secundariò inclinatur ad coniunctos sibi diligen-

ti. Suppono tertio hanc coniunctionem cum dili-
gente esse variam. Alia est coniunctio naturalis,
sub qua comprehendit omnem illam, quæ est con-
sanguinitatis, vel ad illam reuertitur. Alia est huma-
na, sub qua includo omnem eam, quæ fundatur in
humana aliqua societate, vel amicitia, aut patria.
Tercia est spiritualis, in qua distingui solent præci-
pue duo gradus. Primus est inter patrem, & filium
spiritualem, dicitur autem spiritualis pater, vel
qui alium in Christo genuit per Baptismum, vel
predicationem, aut qui ex officio est Pastor animæ.
Alius gradus est inter fratres, qui intercedit inter
homines fideles ratione fidei, & specialius inter
eos, qui eodem religionis vinculo sunt coniuncti.
Quarto suppono accidere aliquando, duos prox-
imos sese mutuo excedere in his coniunctionibus,
vel in genere, vel in gradu. Item interdum in vno
sunt multæ rationes diligendi, in alio vna æquiva-
lens: interdum etiam coniunctio est maior, sed
necessitas minor. Quo fit, vt ad intelligendam
obligationem ordinis non vna, aut altera tantum
conditio, sed omnes, quæ occurrunt, sint pen-
sanda, & ideo vix potest generalis regula tradi, quæ in
indiudivo sit semper seruanda, quas ergo trade-
mus intelligendæ sunt ex suo genere, & cæteris pa-
ribus.

2. Dico primò, Præceptum charitatis, & mise-
ricordiz obligare ad seruandum ordinem in dile-
ctione, seu in subuentione proximorum. Est com-
munis cum D. Thom. 2. 2. quæst. 44. art. 8. & apud
Magist. 3. distinct. 17. & 29. eamque docent patres,
dum illud Cantic. 2. Ordinauit in me charitatem, com-
muniter exponunt de hoc charitatis ordine, aunt-
que non solum esse conuenientem, sed etiam debi-
tum: videri possunt Augustinus 15. de Ciuitate. cap.
22. Origen. homilia 2. ex duobus in Cant. Nissen.
hom. 4. Theodoret. Gloss. & D. Thom. in eundem
locum. Ratio est, quia hic ordo est consentaneus
inclinationi charitatis, ergo cadit sub præceptum.
Vnde intelligitur hanc obligationem genere suo
grauem esse, quia nascitur ex grauissimo præcepto,
& quia materia semper est grauis, & valde necessa-
ria ad bonam conseruationem hominum. Dico
autem genere suo, quia interdum potest esse veniale
ex leuitate materiz: in quo est notandum, leuitatem
materiz non esse pensandam ex detrimento,
vel ex quantitate elemosinæ, verbi gratia, quæ
vni admittitur, vt detur alteri: sed etiam ex excessu
in coniunctione, & ratione ordinis, nam si differen-
tia, inter duos sit minima transgressio ordinis erit
venialis, quanuis fortasse ea de causa alius proxi-
mus graue damnum patitur, quia licet illud in se
sit graue, non tamè comparatum cum alio, & de-
inde, quia ratio culpæ sibi oritur ex inuersione ordi-
nis, & illa transgressio ordinis exigua est.

3. Contra hanc conclusionem tenderunt aliqui
ex antiquis, vt in 3. sent. dist. 29. refert Magister, &
post illum Diuus Thomas 2. 2. quæst. 26. in corpore
dicebant enim debere nos omnes proximos in affe-
ctu æquè diligere, quanuis in effectu non oporteat
omnibus æquè benefacere, sed neque loquebantur
consequenter, neque cum fundamento. Argues
tamen, Nam si diligam proximum, quantum de-
beam, etiam si alterum diligam plusquam deo,
nulli eorum facio iniuriam, nec alicui alteri: ergo
peruerrere ordinem non est malum. Argumentum
est Diui Thomæ 2. 2. quæstione 44. articulo octauo.
in quo multum laborat Caietanus. Verum si argu-
mentum procedit de intensiuo, aut etiam obiecti-
uo amore, non de apprehensione, de qua loquimur,
non implicat me diligere aliquem quantum debeo,
& diligere alium apprehensiuè, qui non est ita dili-
gibilis secundum se, atque ad peccaminose, peruerrere
scilicet charitatis ordinem. Hoc patet ex
effectu in ipsa misericordia, quæ non obligat ad
hunc

1. Conclusio
communis
est quæ as-
titio.Confessio
deducitur
explicatur.Censetur
quod non
admit-
tebantur.Contra tri-
dem oppo-
nitur.

Dicitur.

hunc ordinem, nisi supposita obligatione subueniendi multis, siquidem ordo non nisi inter multos videtur, & cum non possum omnibus subuenire, sed alteri solum, tunc sane non possum diligere, quantum debeat alterum illorum, qui magis est diligibilis, nisi præferendum eum alteri: & ita in eo casu argumentum implicat contradictionem in antecedente, quoniam extra illum casum posset quis maiora beneficia facere ei, quem minus tenetur diligere, quia ille excessus, non tam pertinet ad appetitionem, quam ad obiectum amorem.

4. Dico secundò. Cæteris paribus tenemur præferre eos, qui nobis sunt coniuncti, his, qui sunt alieni. Ratio sumitur ex priori conclusione. Nam inter hos reperitur ratio ordinis, idem sumitur ex 1. Timoth. 5. *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, est infidelis deterior.* Augustinus 1. de doctrina Christiana capit. 28. *His potissimum consulendum, qui strictius tibi iunguntur.* Sed aduertendum est hoc intelligi in eodem genere bonorum, vel necessitatum, nimirum comparando spirituale ad spirituale: si enim mutetur comparatio, magis tenetur subuenire spirituali necessitati graui exteri hominis, quam corporali graui alicuius coniuncti, ut patet ex dictis, ac similiter agendo de vtriusque extrema.

5. Dico tertio. Inter coniunctos eodem ordine coniunctionis, illi præferendi sunt, qui sunt magis coniuncti, ut inter sanguineos patet, inter amicos fideles, & antiquior. Conclusio per se quidem patet. Sed dubiis sequentibus fiet illustratio. Primum est, an in eodem genere debeat homo potius subuenire patri, an filio? Diuus Thomas secunda secundæ, quæst. 26. artic. 9. non respondet simpliciter, sed dicit ex parte obiecti magis diligendum esse patrem, quia est filij principium: ex parte rationis subiecti magis esse filium diligendum. Et ex ratione Diui Thomæ videtur hoc secundum simpliciter asserendum; nam filius est magis coniunctus, cum sit quasi pars patris. Item amor filij est diuturnior, & antiquior. Item cura providendi magis conuenit patri respectu filij, quam e contra. Et hanc partem sequi videntur Bonauentura & Gabriel. loco citato apud Magistrum, & Altiſſod. lib. 3. Sum. tract. 3. cap. 5. Buridan. 8. Ethicorum quæst. 16. & lib. 9. quæst. 3.

6. Contraria sententia est simpliciter verior, quam habet Magister in tertio distinctione illa 29. Diuus Thomas & alij ibi. Ratio est primò, quia beneficia à patre accepta sunt maxima. Secundò amor ad patrem est similis amoris Dei, amor ad filium est similis amoris sui ipsius. Vnde in Decalogo post præcepta spectantia ad Deum, ponitur præceptum circa parentes. Tertio. Grauior impietas est interficere patrem, quam filium. Quarto, quia quoad coniunctionem etiam est quædam inæqualitas. Nam si filius est veluti pars patris, pater est, ut totum respectu filij: ergo inclinatio patris ad totum est maior, & sicut bonum totius præfertur bono partis, ita bonum patris bono filij. Neque Diuus Thomas in citato articulo nono, contrarium sentit, ut obseruanti patebit. Notandum tamen est in hoc, & multis articulis huius quæstionis 16. Diuum Thomam non solum explicare, quid homo agere teneatur, sed etiam quid facilius agat. Nam sæpe hæc duo non coniunguntur, sic ergo ait filium magis debere amare patrem, quia excellentia obiecti est simpliciter maior, tamen ex aliis circumstantiis facilius patrem amare filium. Ex quo aliqui inferunt, ut refert Diuus Thomas in 3. distinctione 29. quæst. vnica, articulo 7. inclinationem naturæ hominum magis inclinare ad filium, quam ad patrem, charitatem verò corrigere hunc defectum naturalem. Et fortasse appetitus sensitivus id potest procedere, quia hic appetitus fertur magis ad

Suarez de Charitate.

id, quod est sensibilibus, magisque apparet sensibus præsens, & defectibile. Tamen loquendo de suprema voluntatis inclinatione, non est ita, nam hæc semper est maior ad id, quod est magis honestum, & rationi consentaneum, & ordo positus, non solum fidei, sed rationi naturali consentaneus est. Ex quibus patet responsio ad fundamentum prioris sententiæ.

7. Ad vltimam verò confirmationem responderetur extra casum necessitatis teneri hominem ex officio magis providere filio, quam patri; tamen urgente necessitate præferendum esse patrem ob rationes dictas, & quia providere in necessariis est maxima quædam pars honoris patri debiti, ut notat Hieronymus Matth. 15. Quæres de qua necessitate sit hoc intelligendum. Responderetur prius, in extrema semper id esse verum. Secundò si filius sit iam emancipatus, & extra tutelam patris, esse quoque verum in quacunque æquali necessitate, quia iam quodam modo compleuit munus suum thesaurizando filio, qua ablata, in cæteris pater est superior, tamen si filius est sub cura patris extra extremam necessitatem, cæteris paribus, illi subueniendum esse ratione dictæ obligationis ex officio, & quia quicquid tunc pater acquirit, acquirit filio.

8. Secundum dubium est, in hoc ordine quis sit præferendus, pater, an mater? Mater quidem certius cognoscitur; magis amat filios, plus patitur in eorum educatione, & educatione ipsa familiarius tractatur, & diuturnius. E contra: pater est præcipua causa generationis, & ad eum magis spectat providentia, & cura filiorum, & suis laboribus illos alit, unde maior honor, & reuerentia illi debetur. Quare omnibus pensatis pater est preferendus. Ita D. Thom. art. 10. Magister supra: fortasse tamen hic ordo non obligat ad mortale.

9. Tertium est, An in hoc ordine præferendus sit noster benefactor, an beneficiatus, hoc est, cuius sumus benefactores? Responderetur eum D. Thomæ articulo 12. in corp. & ad secundum præferendum esse benefactorem. Ratio est, quia ille amor est magis debitus, & similior nostro amoris erga Deum. Addit tamen amorem erga eum, qui suscipit beneficium, esse maiorem, & excellentiorem, quia in illo quasi se ipsum homo respicit, & suum bonum, & quia nobilius est dare, quam accipere, iuxta Paulum A. Cor. 20. nam illud est amicitie honestæ, hoc quodammodo concupiscentiæ; propter quod benefacere iucundius est, quam beneficium accipere. At enim licet sit facilius diligere beneficium, non inde tamen inferitur maior obligatio illum diligendi.

10. Dico quartò. Inter eos, qui diuerso coniunctionis genere coniuncti sunt, in rebus pertinentibus, & propriis singularum coniunctionum, præferendi sunt illa coniunctione iuncti: tamen simpliciter illi sunt præferendi in aliis bonis, quorum coniunctio est maior. Prior pars sumitur ex Diuo Thomæ quæst. 26. art. 8. Et sensus eius est, ex vna quaque coniunctione oriri peculiarem obligationem ad quædam officia, ut inter ciues ad res ciuiles, inter milites ad res militares: nam in vnaquaque coniunctione huiusmodi, præferendi sunt illi in his officiis, qui hoc modo sunt coniuncti. Ratio est, quia omnis amicitia fundatur in coniunctione aliqua, & communicatione: ergo in bonis, & rebus ad aliquam coniunctionem pertinentibus, præferendi sunt coniuncti. Exempla etiam dicta faciliè id manifestant. Posterior pars in genere patet ex dictis, quia sicut simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis, & quia in eodem genere coniunctionis præferuntur magis coniuncti, ergo etiam in diuerso. Sed obscurum est exponere, quæ coniunctio alteri præferenda sit, quod planum faciam aliquot dubiis.

Nu 3

Pri-

Ad 1. confirmat, in eodem num. 5.

Explanatur data responsio.

2. Dubium circa eadem conclusionem vtrique distinctur, & resoluitur.

1. Dubium expeditur.

4. Conclusio bipartita.

Ostenditur prior pars ex D. Tho.

Ostenditur posterior.

1. Dabitio
etica præce-
dentem con-
cluf.
Vera refolu-
tio quoad ne-
cessitates
corporales
cum D. Tho.

Item quoad
spirituales
quæ colligi-
tur etiam ex
D. Thom. &
suaderetur
multiplici-
titer.

Executio Ca-
letani fi ex-
tra cafum ex-
treme neces-
sitatis inel-
ligatur mul-
tis modis
excluditur.

Temperatur
proxima do-
ctina.

1. Corollar.

2. Corollar.

2. Dubitatio
circa eandē
concluf. &
rationes pro
parte nega-
tiua.

11. Primum igitur est, An coniunctio naturalis sit præferenda spirituali? Prius verò comparemus in eodem gradu, id est, An pater naturalis, patri spirituali: filius filio: frater fratri. Et omnis opinio- nibus mihi videtur, naturam coniunctionem esse præferendam: atque adeo in extrema necessitate potius prouidendum esse patri carnali, quam spiri- tuali. Et quidem in his, quæ sunt necessaria ad con- seruationem naturæ. Conclusio est D. Tho. art. 8. & consentiunt omnes, quia in hoc genere, coniun- ctio naturalis est maior, & quoad hoc, obseruatio huius ordinis ad mortale obligat. Et idem est de cō- paratione filiorum, atque etiam de fratribus, licet nō eum tanta obligatione. De rebus autem spiritualibus res est magis dubia, sed colligitur ex D. Tho. art. 8. Ratio est, quia hæc naturalis coniunctio, quanuis in ordine videatur inferior spirituali, tamen in suo genere est maxima. Deinde est antiquissima, & im- mutabilis, quia ab intrinseco provenit: spiritualis verò est valde extrinseca, facilèq; mutatur, deinde beneficium à patre susceptum regulariter est ma- ius, scilicet vita, quæ est fundamentum bonorum omnium, & educatio vsque ad vsum rationis. Tandē, quia naturalis obligatio, quæ est ad subuenien- dum parentibus, non solum est in bonis corporis, sed maximè in bonis animæ. Vnde hæc officia non sunt extra latitudinem illius coniunctionis: ergo non potest superari hæc obligatio naturalis ab alia positua, & quasi imposita ab hominibus.

12. Atque hinc constat idem dicendum esse de comparatione facta ad filios, carnalem, & spiri- tualem: licet Caiet. illo art. 8. oppositum sentiat. Fun- datur, quia pater tenetur prouidere filio spirituali ex iustitia, naturali verò tantum ex charitate: & vi- detur D. Tho. ibi ad secundum idem docere citans Ambrosi. 1. officior. cap. 7. Respondetur loqui san- ctum Doctorem extra casum extremæ necessitatis, tunc enim maior est habenda cura filij spiritualis, ratione officij, sicut dicebamus etiam in primo du- bio præcedentis conclusionis: secus verò est in ex- tremæ necessitate, in qua omnia quodammodo ef- ficiuntur communia. Et ided cessat obligatio iusti- tiæ, vt patet comparando in ea necessitate patrem cum creditore, cui ex iustitia aliquid debeo: item obligatio pietatis maior interdum est, quam iusti- tiæ, & nonnunquam etiam charitatis, vt patet de obligatione subueniendi sibi ipsi. Et confirmatur. Nam debet seruari proportio: ergo si filius maximè obligatur ad patrem naturalem, ita etiam è con- trario Pater ad filium. Item quia prouidere filio in bonis animæ non est extra obligationem paterni muneris: & aliz rationes faciliè afferri, applicariq; possunt.

13. Addo tamen, quando spiritualis coniunctio est valde perfecta, non esse peccatum saltem morta- le, illam præferre coniunctioni naturali, quia re ve- ra excessus, & ordo est valde dubius, & vtrinq; sunt rationes. Hinc patet si comparemus has coniuncti- ones in gradibus diuersis (in quo vix potest dici ali- quid generaliter certum) tamen regulariter quen- dam superiorem gradum vnius coniunctionis posse præferri gradui coniunctionis alterius. Tandem colligitur ex dictis, coniunctionem consanguinita- tis ex suo genere esse maiorem aliis coniunctio- nibus humanis, quia est magis intrinseca, immo- bilior, & antiquior, & in maioribus beneficiis fun- data.

14. Sed hinc oritur secundum dubium, An con- iunctio amicitie interdum possit esse tanta, vt pos- sit præferri naturali, etiam paternæ. Prima senten- tia negat posse id vquam licere, ita D. Thom. q. 26. art. 9. & quæst. 31. art. 3 ad 3. & cum Magistro, in ter- tio, distinct. decima nona, articulo primo, fateri A- ristot. 8. Ethicorum cap. 8. & lib. 9. cap. 2. Ratio est, quia nullum humanum beneficium comparari

potest cum vita à parentibus donata. Dices: fieri potest, vt moraliter eadem vita ab alio amico do- nata sit, qui se mortis periculo exposuit, vt me à si- mili periculo liberaret. Sed contra, quia pater est causa per se meæ vitæ, alter verò per accidens. Se- cundò. Pater dedit initium primum viuendi, alter perseverantiam, quod est facilius. Vnde fit tertio, vt à patre habeam quasi vitam immortalem, in a- nima saltem, ab altero verò solum liberer à morte corporis. Tandem pater non solum dedit vitam, sed etiam educavit, intruxit &c. Et confirmatur ex inclinatione naturæ, quæ ad patrem est maxi- ma. Secunda sententia dicit interdum non solum licere, sed etiam esse in præcepto mutare hunc or- dinem, præferre scilicet vitam alicuius, vitæ patris, patet primò in dicto casu, si aliquis suo periculo, & labore meliorauit à morte corporis, & præterea contulit multa beneficia, & maximum amorem. Ita sensisse quendam Gerardum refert Buridanus 9. Ethicorum q. 3.

15. Tria in hoc dubio breuiter pronuntio: primū genere suo, & absolute loquendo patrem esse præfe- rendum omnibus aliis: loquimur verò de priuatis personis non de communi bono. Pater ex funda- mento, & authoribus primæ sententiæ. Secundum, nunquam obligari me ad subueniendum alteri in extrema necessitate, præmittendo patrem in simili positum, quia ius paternum, est summum in huma- nis iuribus. Vnde infero, si pater vellet iniuste occi- dere innocentem, non teneri me defendere inno- centem, si non possum aliis, quam patrem necando: illatum et dictis. imò regulariter nec fratrem, aut amicum, quia licet tener defendere, non tamen cum tanta iactura. Quod idem suo modo est, si iactura etiam esset in pecuniis. Quin etiam Almaynus in 3. d. 29. q. 1. pu- tat neminem obligari ad interficiendum aliquem pro tuenda vita alterius priuatæ persone, quod cer- tē intra legem charitatis stando, est probabile, quia hominis interfectio est actio valde repugnans incli- nationi naturæ. Vnde non videtur ordo charitatis cum tanto rigore obligare. Tertium pronuntiatū, in aliquo casu posse filium præferri patri in extrema necessitate. Et primò si pater aggrederetur innocentem filium possum licite defendere illum etiam in- terficiendo patrem, si aliter non possum, quia pater abutitur iure suo, neq; tunc est in necessitate, sed in deordinatissima voluntate. Secundò fortasse etiam amicitia cum aliquo posset esse tanta, & bene- ficia adeo egregia mihi collata, vt possem eum præ- ferre patri sine peccato, maximè si pater postquam dedit vitam, vel nulla, vel pauca alia beneficia con- tulerit, vel si male functus est officio cum filio. Ita censuit probabile Victoria, in manuscript. ad quæ- stionem vigesimam sextam, Diui Thomæ, in secun- da secundæ. Ratio est, quia in omnibus virtuti- bus licet vna sit suo genere maior altera, in indiui- duo actus inferioris potest esse interdum melior, quam superioris. Idem ergo potest accidere in pietate comparata cum amicitia, cum Ecclesiast. sexto. dicatur, amico fidelis nihil est comparabile, & Pro- uerborum decimo octauo, præfertur fratri, & Ambrosius libro tertio, de officiis, capite decimo sexto, ait in rebus humanis nihil esse pulchrius amicitia. Idem etiam constat si comparemus amicum cum filio.

16. Tertium dubium est, comparando paren- tem cum coniuge quis præferendus sit. Diuus Tho- mas 2. 2. quæstione 26. articulo 11. simpl. citat dicit præferendum esse parentem, quanuis scpe coniux soleat diligere intensius: & ita sentiunt omnes com- muniter propter summam obligationem, quam quisque habet ad parentes. Sed videtur oblatre illud Genes. 2. c. Quam ob rem relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, quod præceptum probauit Christus Matt. 19. Quapropter Lipo-

Rationes
pro patre
firmatua.

Resolutio
per tria
pronuntiat.

1.

2.

Illatum et
dictis.

Almayn
probat.

Quæ-
stio
vigesima
sexta
de
D. Tho.

1. Dubitatio
resoluitur
communit
cum D. Tho.

proponitur
quod 2 &
exponitur
Lipoma.

Item ex 3.
Sed q 4

Communio
religiosa
fuerit, &
exponitur
locus Gen.

Videtur
duo
exponitur
Caiet.

Non

Citatur
concordant
mutat.

Conclus.
D. Th. & alio
tamen 2. 1.
quod 7

Quoniam
licet per
quodam
modum
quod dicitur
D. Th.

Idem dicitur
2.
propter
fuerit
refo-
luta.

Lipoma Genes. 2. oppositum indicat, dum citat Rupertum dicentem, coniunctionem coniugis esse omnium maximam, & fortissimam; & Hugonem, privilegium dilectionis fuisse ad uxorem translatum. Citare quoque poterat Procopium eo loco Genes. Cum secundum nuptias genus humanum consistere oporteat, recte & necessario vxor anteferatur parentibus. Et lib. tertio Elidz capite quarto dicitur. Homo diligit uxorem suam magis, quam patrem, & matrem. Verum neque liber canonicus est, neque dicitur in eo, quid fieri debeat, sed quid frequentius fiat. Vnde prior opinio est probabilior simpliciter propter dicta in precedenti dubio. Et sensus loci Genes. est, quoad habitationem quidem, & mutuum societatem, relinquendum esse patrem, &c. Ita exponunt Rupertus, & Diuus Thomas articulo 11 ad primum, & lectione 10. ad Ephes. 5. eodemque modo accipiendus Procopius.

17. Sed quaerit Caietanus in articulo 12. An coniux sit preferendus filio? cui respondet simpliciter esse preferendum. Ratio eius est, quia est nobilius obiectum, est enim compingitum generationis, filius tantum effectus. Sed magis vrget pro Caietani quod videlicet cum matrimonij inducat magnam quandam obligationem, nam ex duobus facit quasi vnum. Arbitror tamen in his omnibus tam parum inaequalitatem esse in ordine diligendorum, vt vix vnam sit obligatio ad mortale. Addit Caiet. ex parte diligenti magis diligere se filium, propter maiorem coniunctionem; sed experientia videtur docere oppositum: nam regulariter magis curat, & amat coniux bonum alterius coniugis, quam filij; & reuera coniunctio vel non est minor, & fortasse maior, ideoq; & amor est antiquior, & familiaritas.

18. Dico quintò principaliter. Inter non coniungentes, per se loquendo, preferendi sunt meliores: iusti peccatoribus. Ita D. Th. citandus, & omnes alij communiter de his comparationibus tractantes. Nam ratione maioris sanctitatis homines sunt Deo similiores, & coniungentes, sunt etiam obiecta nobiliora, & magis proportionata charitati: ergo, &c. Contrarium tamen sentit Monachus quidam apud Almayn. tract. 1. moral. cap. 8. ad finem dicens in extrema necessitate potius subueniendum esse existenti in peccato, quam iusto, quia est in maiori periculo, vnde, & magis indiget. Sed per se loquendo, vt ibid. Almayn. addit, non ita est: interdum tamen, si effectus certum, huic iustum fortasse saluandum, si moria- tur alium vero in peccato existentem esse condemnandum: si autem superuiuat, aliquam esse spem salutis, erit fortasse consultius illi prouidere, praecipue hic, & nunciam minus sui compos non possit moraliter ad Deum conuerti. Si enim possit, certe non erit in necessitate spirituali.

19. Dubium tamen est, si comparemus sanctiores alienos cum coniunctioribus minus sanctis, qui nam sint preferendi? D. Th. hanc comparationem facit in illo artic. 7. tam in ordine obiectiui amoris, quam intensiui, vel appetitiui, ita obiectiui meliores esse magis diligendos, quia habent in se maius bonum. Quod ego intelligo de amore absoluto secundum praesentem iustitiam: nam si loquamur de desiderio, in ordine ad futurum tempus, & futuram iustitiam, aliud est sentiendum, vt statim explicabimus. Dicit praeterea coniunctiores intensius amari, quam sanctiores: vbi non tam explicat obligationem, quam id, quod de facto accidit, & facilius fit. Absolute ergo loquendo de obligatione, quae, vt saepe dixi, cadit in appetitionem tantum, simpliciter dicendum est, coniunctiores esse preferendos, non solum in corporalibus, sed etiam in spiritualibus necessitatibus, & bonis. Prima pars de corporalibus bonis est certa sine controuersia, quia isti sunt magis propinqua coniunctione ad diligentem, & quasi eiusdem ordinis. Secunda vero probatur ex

supradictis: nam ita se habent sanctiores sicut illi, qui sunt spiritualiter coniuncti. Secundo, quia licet alius sit sanctior, possum ac debeat magis desiderare, & procurare, vt meus pater perueniat ad illam sanctitatem, quam vt ille sanctior in ea sanctitate duret, vt indicat D. Th. art. 7. Atqui hoc est illud magis in spiritualibus diligere. Tertio, quia charitas perficit naturam: sed natura, etiam honesta inclinatione, magis inclinatur in propinquos, quam in meliores: ergo, &c. Atque ita sentit D. Thom. quae st. 32. art. 9. ad 2.

20. Contrarium vero tenet Gabr. in 3. distin. 29. art. 2. conclus. 7. & Magister ibi, ac D. Thom. & Bonaventura, dubij videntur: fauet Ambrosius 1. de officiis cap. 30. Si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius. Idemq; interdum usurpant alij Patres. Ratio est. Quia sanctiores sunt coniunctiores Deo, & obiecta nobiliora. Confirmatur nam magis diliguntur à Deo: ergo, & à nobis magis sunt diligendi. Respondetur per se loquendo priorem sententiam esse veram, atq; adeo in casu extremæ necessitatis spiritualis, potius subueniendum patri etiam peccatori, quam alicui iusto extraneo, quia reuera est maior obligatio. Tamen fortasse in casu aliquo râtus posset esse excessus sanctitatis, tanta corruptio alterius coniuncti, & tam parua spes fructus, & emendæ, vt posset merito preferri sanctior, & in hoc casu loquitur Prosper libro tertio de vita contemptiua capit. 15. & Ambrosius, alijque patres intelligendi sunt ceteris paribus.

21. Ratio vero facta à Gabriele petit, vt explicemus difficultatem quandam communem ijs omnibus, quæ in hac quaestione diximus: cum charitas per se primo tendat in Deum, quid est quod ordo charitatis in dilectione proximorum magis pendet ex coniunctione cum diligente, quam ex coniunctione ad Deum, vel in participatione diuinæ bonitatis? In quo aduertendum est primo, varijs modis amari proximum propter Deum ex charitate, vt supra dixi; sed vnus, & ex quo maxime pendet ordo est, quia amandi sunt proximi, quâ tum, & quomodo vult Deus, vt amentur. Vnde illi magis diligendi sunt in hoc ordine, quos Deus vult magis à nobis diligere. Vnde secundo est considerandum, quoniam gratia naturam perficit, illa quæ secundum rectam rationem naturalem sunt magis diligibilia, simpliciter, & secundum ordinem charitatis esse magis diligenda. Non loquimur autem de ratione naturali omnimoda, sed vt per fidem eleuata. Hinc tertio aduertendum, quod licet ratio diligendi sit Deus, tamen coniunctio ad diligentem est quasi mensura, & regula ad cognoscendas personas, quibus & amari, & procurari magis debent à nobis bona etiâ supernaturalia. Vnde licet maius supernaturale, secundum se sit magis diligibile, tamen persona mihi magis coniuncta magis est amanda diligenda, quam extranea, etiam si hæc habeat actu illud bonum, illa vero sit tantum capax eius, cum spe tamen obtinendi illud; nam si de coniunctioribus nulla esset spes, preferendi sine dubio essent sanctiores; sed in via nunquam deficit hæc spes. Ad rationem ergo respondetur, sanctiores secundum praesentem statum, esse obiecta digniora, & ideo quodam amore complacentiæ posse magis amari; nihilominus propinquieribus carentibus illo bono, posse nos illud practice magis desiderare, & procurare, & quoad hoc non pendet maior amor ex perfectione obiecti secundum praesentem statum, sed ex coniunctione, & alijs circumstantijs, vt diximus.

22. Vnde ad confirmationem respondetur Deum interdum velle, me magis diligere aliquem quem ipse minus diligit, vt pater in dilectione mei. Et praeterea, licet secundum praesentem iustitiam extraneus iustus magis diligatur à Deo, tamen secundum futuram ignoratur, & ideo in ordine ad illa possum, &

Est inuoluntarium
D. Th.

Contrarium
opinatur Gabr.
& alii re-
lati Bonau.
art. 9. c.

Sus fundat.
& confirm.
Decisio Au-
thoris.

Notationes
circa fundat.
Gabr.

Satisfit iam
dicto fundat.

Ad confirmat.
pro Gabr.

Exponitur
doctrina que
dam D. Th.
cui alii con
sentiant.

Explicatur
amplius.

Et roboratur.

Contra sen
tentiam Durand.

Excepio.

debeo diligere magis propinquum. Atque hinc intel
ligitur solutio quædam D. Th. secunda secun
da, quæstione vigesima sexta, articulo decimo ter
tio, dicitur enim hunc ordinem charitatis manere in
patria; mutari tamen quoad hoc, quod ibi simpli
citer diliguntur sanctiores, quam illi, qui fuerunt
coniunctiores in via. Ratio est, quia tunc cessabit
prouisio in via necessaria, & subiectio, ratione cuius
charitas in via inclinabit ad diligendum magis
coniunctiores; quod etiam explicatur ex dictis. Nā
si in via nulla esset spes de spirituali profectu pro
pinquorum, simpliciter essent meliores præferendi,
ut dictum est; sed iam ibi cessat omnis spes, & cha
ritas est in termino: ergo. Confirmatur, quia etiam
tunc vinculum charitatis est summe perfectum, &
prorsus immobile: & cum D. Thoma in hoc sen
tiant Albertus in 3. distinct. vigesima nona, ubi Ga
briel dubio 1. Alensis, tertia parte, quæstion. 31. arti
culo 2.

23. Durandus vero in tertio distinction. 31. quæ
stion. sexta, cōtradicit, sed sine probatione. Pro quo
arguitur in hunc modum, vna virtus vnum habet
ordinem, est autem eadem charitas vix, & patriæ:
1. ergo nulla est in proposito differentia. Secundo,
quia obligatio ad fratrem manet in patria, quia non
destruit, sed perficit naturam. Tandem ibi etiam
diligat aliquis seipsum magis, quam sanctiores, ut
faciatur D. Th. ergo, & sibi coniunctos. Ad primum
Ad 1. respondetur, variato statu, posse variari ordinem
in eadem virtute, quia variantur circumstantiæ, &
consequenter honestas, & dictamen rationis, atque
adeo inclinatio virtutis, quæ tamen mutatio non
est formalis proprie, sed materialis, & ex mutatione
Ad 2. in ipsis obiectis nascitur. Vnde ad secundum dico,
illam obligationem vinci in eo statu à summa con
iunctione charitatis, quæ non est contraria naturæ,
sed superat illam, saltem quando est in statu summe
Ad 3. perfecto. Ad vltimum neganda est consequentia:
nam dilectio sui immediate coniungitur cum dile
ctione Dei, non vero dilectio aliorum, etiam si con
iuncti sint. Vnde comparando proximos inter se, illi
diliguntur magis, qui sunt Deo coniunctiores: com
parando vero illos cum diligente, non ille magis di
ligitur, qui est Deo coniunctior, sed ille, cuius amor
magis inseparabiliter coniungitur cum Dei amore,
& hic est amor sui ipsius. A qua tamen regula excipi
tur solus Christus Dominus, qui licet proximus sit,
quia est homo tamen quia non est purus proximus,
sed Deus homo, ideo magis debet diligere, quam cæte
ri: nam Christus simpliciter diligendus est, & que ad
Deum: Christus vero, ut homo, (id est, vita hominis
in Deo,) minus quidem diligendus est, quam ipse
Deus secundum se, tamen magis quam nos ipsi: quia
etiam illa vita, & illud bonum est infinitè excellen
tius, & dignitatis ratione vnionis. Item quia iure re
demptionis est quasi vniuersale bonum, cui debet
homo quicquid est, & à quo suo modo pendet, de
qua re in materia de incarnatione.

DISPUTATIO X.

De Scandalo.

Præmissa
quædam ad
sequentem
disputat.

Differentia
in peccando
contra mife
ricordiam cor
poralem & spi
ritualem.

RECIPTVM misericordie affir
matiuum est, quod directe obligat
ad beneficiendum proximo; conse
quenter vero ad non lædendum, vn
de contra illud dupliciter peccari po
test, vel omittendo: de quo nihil est quod dicamus;
explicata enim obligatione huius præcepti, & tem
pore, & circumstantijs, quibus obligat, constat fa
tis, quomodo, & quando peccetur omittendo. Alio
modo peccatur per commissionem, inferendo ma
lum proximo, qui modus eget explanatione. Secun
do est notanda differentia inter misericordiam spi
ritualem, & temporalem: nam contra corporalem

bonum vix peccatur per commissionem, quin pec
catum transeat in iniustitiam: obligatio enim non
nocendi proximo præcipue inuito, non solum ad
misericordiam, sed ad iustitiam spectat: non repu
gnat tamen hoc modo interdum peccari contra mi
sericordiam, & charitatem, ut si quis irritationabili
ter constituat proximum etiam volentem in magna
miseria: de quo modo peccandi D. Thom. nihil di
xit, quia rarus est, & ex dictis de præcepto miseri
cordiæ, & ex dicendis de scandalo, facile patere potest.
Circa spirituale bonum proximi sæpe peccatur con
tra misericordiam, sine iniustitia, quia spirituale da
num nulli infertur, nisi volenti, & ideo sine iniu
ria, non tamen sine læsione charitatis, & hoc genus
peccati, scandalum dictum est à Theologis, quod
græcum nomen est, offendiculum, vel offensionem
significans. De quo bene D. Hieronym. in caput de
cimum quintum Matth. ad illa verba, Pharisei auditis
hoc verbo scandalizatis sunt.

SECTIO I.

*Virum Scandalum sit peccatum ex suo ge
nere mortale.*

DVplex est scandalum: actiuum, & passiuum.
Actiuum est offendiculum, quod fratri poni
tur, ut spiritualiter cadat: passiuum est ipsa ruina
proximi, quod facile ex corporalius explicari po
test cum Dauide Psal. 139. Iniqui cogitauerunt supplan
tare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi, &
funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posue
runt mihi, & simili allusione siue metaphora vltus est
Isai. cap. 8. & repetunt Paul. ad Rom. an. 9. & Petrus
1. epist. cap. 2. dum Christum lapidem offensionis, &
petram scandali incredulis esse pronuntiat. Passi
uum scandalum nihil ad nos spectat, quia ut notat
D. Thoma 2. 2. quæstione 43. art. 3. non est spe
ciale peccatum habens propriam malitiam contra
charitatem, sed potest fundi per omnia vitia: ubi
est aduertendum vulgo solere putari, & dici hoc
scandalum passiuum, non tam ruinam spirituales,
quæ consistit in peccato, quam veluti admiratio
nem, & rorem, qui excitatur in proximis ex pec
cato alterius, sed nunquam illud habet propriam
rationem scandalum, nisi aliquam malitiam includat,
quæ originem aliquo modo ducat ab illo, qui dedit
scandalum, ut colligitur ex Hieronymo Matthæi
decimo octauo, & D. Thoma, secundâ secundæ,
quæstione trigesima tertia, articulo primo. Omissis
ergo scandalum passiuum sermo est de actiuo, quod de
finit D. Thoma quæst. 43. art. 1. Opus minus rectum
præbens proximo occasionem ruine, quam definitionem,
& ipse bene declarat, & in sequentibus exponemus
latius. Solum nunc est consideranda illa particula
præbens, nam interdum aliquis sumit ex meo opere
occasionem peccandi, quam ego non præbeo, quod
scandalum dici solet pure passiuum, estque peccatum
tantum in fumente, non vero in eo, à quo sumitur,
oportet igitur, ut occasio peccandi sit verè, & mo
raliter à me data.

2. Dico primo. Scandalum esse peccatum. Est
certa de fide, sæpe enim in Scriptura illud reprehen
ditur Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum de pusillis, &c.
ibidem copiose, & Roman. 14. Malum esse homini qui
per offendiculum manducat, & similia in eodem cap. &
1. Corin. 8. per totum. Ratio est, quia qui sic scanda
lizat est causa spiritualis mali proximi. Dico secun
do: hoc peccatum est peculiaris species habens ma
litiā charitati contrariam. Est communis primo,
quia in Scriptura, ut iam allegaui, & Patribus etiā,
ut in Basilii regula 64. ex breuioribus, Chrysosto
mus homil. 21. in 1. ad Corinth. ubi inter alia. Est quo
que vltimè grauius scandalizare, seu offensionem afferre,
alijs ad cap. 8. primæ ad Corinth. vitium hoc repre
henditur & 14.

Scandalum
actiuum.

Scandalum
apud vulgum.

De scandalo
actiuo opus
de definitione.

1. Corin. 8.
de fide &
Matth. 18.
man. 14.
C. 1.

Eius ratio.

2. Conclusio
communis
probat.
dupliciter.

Horum non
nulli afferunt
turt à Bece
dice Iuliani
no, verum